

quem tuo Nomine inscriptum Tibi sacravi, una cum praece-  
dentibus aliis, ante oculos tuos, ut spero, recurret, Teque ad  
Eruditionem barbaricorum Saeculorum facile perducet; neque  
enim tunc alii ab Italicis erant Germanicae gentis mores. Sed  
quando nunc prae exili aetate tuâ hanc rerum seriem excipere  
mente non potes, hoc unum saltem ut intelligas, & memoriae  
mandes opto; scilicet me humili obsequio erga Celitudinem  
tuam Serenissimam nemini concedere. Quod superest, Deum  
optimum maximum rogare non desinam, ut cum aetatis in-  
cremento animi quoque tui Virtutes crescant, quibus Te tanto  
Patre dignum probes, & eximius Rex Pater tuus te genuisse  
enixius in dies laetetur.

CELSITUDINIS TUAE SERENISSIMAE

Mutinae V. Idus Novembris MDCCXLIII.

*Humillimus, Adiectifs. & Obsequentifs. famulus*  
Ludovicus Antonius Muratorius.